



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Difficillimæ litis exitum bonum subitò impetrat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

nia, vltro ei Pater. Eia Domine, inquit, quid rei proximis hisce diebus euenit? ad sancti Antonij ædiculam sero diei quid factum est? Quam ad vocem Guilielmus, partim attonitus vnde ea Patri enotuissent, cum quidem ex relatu suo aspirare ad eum nullo modo potuissent, partim erubescens, ingratique animi se se damnans, etiam, atque etiam agere gratias institit. Bono animo iussit esse Canisius, & ea se viuo clam habere.

Præpositus Veronius Canisij admirator è pri-
mis, id profitebatur sibi mirabile euenisse. Pecu-
niariam litem habebat pmolestam, longinquā,
deniq; perpetuarum, vtassolet, rixarum, offensa-
rumq; perennem fontem. Itaq; prudens, ac pius
sacerdos desperata re meditabatur damno pecu-
niæ mentis tranquillitatem redimere; suoq; iure
cedere, ne pariter detrimentum alioqui & pecu-
niæ, & caritatis, animæq; faceret. Incidit tamen
consilium, vt ante Canisij precibus deploratam
adeo commendaret causam. Libenter eam rece-
pit Pater, & apud diuinum Iudicem sedulo egit:
obtinuitq; sic, vteodem die lis secundum Præpo-
situm finiretur: dieq; sequenti litigatores duplum
ei persoluerent eius summæ, quam lite ipse perse-
que-

*Dificillime li-
tis exitum ba-
num subito
impetrat.*